

petra percussa est, Christus, & egressa sunt flumina largissima sanguinis, & aquae; quibus animae nostrae fanantur, & lavantur. Crux est palus, in quo erecto serpente aëneo, idest, Christo, omnes, qui eum fideliter aspiciunt, liberantur à Morsibus Serpentum ignitorum, idest, diabolorum. S. Bonav. in Suppositione Misæ.

Crux est *Cubara*, in qua noster David, idest, Christus pallebat; quando in ea pendeat, & malignorum spirituum impetus à Saule, idest, ab Humano genere refrænatat. Id. ibidem.

Crux est *Palma*, quam Christus ascendit, & fructus ejus apprehendit, idest, redemptionem nostram. Id. ibid.

Crux est *Clavis David*; quæ januam cœli aperuit, & nos intromisit.

Arma Crucem, Mundi lucem; & habebis Christum ducem, per æterna secula. Id. in Laudisno de S. Cruce.

Crux in omnibus pressuris, & in gravibus, & duris, est *sanctum remedium*. Crux in penis, & tormentis est dulcedo piz mentis, & verum refugium. Crux est porta paradisi, in qua Sancti sunt confusi, qui vicerunt omnia. Crux est Mundi medicina, per quam bonitas Divina facit mirabilia. Crux est salus animarum, verum lumen, & præclarum, & dulcedo cordium. Crux est vita Beatorum, & thesaurus Perfectorum, & decor, & gaudium. Crux est speculum Virtutis, gloriose Dux salutis, cuncta spes Fidelium. Crux est decus salvandorum, & solatium eorum, atque desiderium. Crux est navis, Crux est portus Crux deliciarum hortus, in quo florent omnia. Crux est fortis armatura, & protectio secunda, conterens daemonia. O quam felix permanebis, nunc in Cruce si studebis; donec Mundo vixeris. S. Bonavent. in Laudisno.

Crux est opprobrium perfido, Fideli autem Gloria, Redemptionis, Resurrectio est. S. Ambr. sup. Beati Immaculati, apud S. Bonav. in Pharetra I. 1. c. 4.

Tu sancta Crux cura ægrotos medicans; tu gaudium mœstos consolans, tu sanitas mœstos lætificans; tu litas credentium recte; tu firmitas operantium bene, tu beatitudo perfectantium rite, sancta, pia, bona, iusta. Rabanus de laude Crucis.

Crux est humilium invicta tutio, superbiorum abjectio, victoria Christi, perditio diaboli, Infernorum destructio, cœlestium reformatio, mors Infidelium, vita Justorum Casiodorus sup. psalt. apud S. Bonav. in Pharetra.

Crux finita est in pena, sed infinita semper manet in gloria. A locis suppliciorum fecit transitum ad frontes Imperatorum. Qui tantum honorem dedit penis suis, quid servat fidelibus suis. S. August. apud S. Bonav. I. 1. c. 4. in Pharetra.

Crux Principum honor, regum potentia, belliducum victoria, Charitatis Gubernatrix, Mundi reconciliatio, finium descriptio, altitudo cœli, terræ profunditas, orbis apparentis longitudo, latitudo Mundi, & ut paucis complectar: Crux Christi Passionum, summa, miraculorum nobis factorum coronis. Sancti. Andreas Jerosol. orat. 1. de Exaltat. S. Crucis.

Crux Christi, ac nostra, Summa gloria est. Id. ibid.

Illam tanquam ex aliquo processit firmamento, nempè ex terræ penetralibus, instar solis - processit ornamentum Ecclesiæ Crux Christi - ex tenebrosis lucerna lucis. Id. or. 2. in Exalt. S. Crucis.

*Fugis*, quo Phinees Sacerdos Num. 25. Zambarim, & Scortum Madiantidem, transfudit, figuravit Crucem Christi. S. Iherosol. cap. 24. in Num.

*Hæc mare magnum*. Psal. 103. Hæc tria notantur: mare; Mundus; navis, Ecclesiæ; nauta Christus. Remus illius navis, lignum Crucis, quo navigamus ad litus æternitatis. S. Bonav. hic.

Cùm lapide Golias percussit, 1. Reg. 19. Christi virtute sternitur. Et in qua tandem corporis parte percussit? In fronte scilicet - ubi namque infertur ei mortis exitium, ubi signum salutis non invenitur. S. Ambr. ferm. 88.

Signum Crucis est theriaca contra venenum omnium ciborum. S. Vinc. Ferr. ser. 4. de Gula.

Has criminum rabies, & voracissimas aves, à nostris sensibus Crucis hasta fortiter propellamus. Sancti. Chrysol. ser. 171.

Si non vis mergi, tabulam apprehende, ligno portares; Crux te perducet. S. August. in pl. 51.

Quid est Arcus in nube, nisi Christus in Cruce? Gen. 9. Arcus ergo ille cœlestis, qui habet cornua versus terram, propter quod non est tensus ad eum ferendum, signat pacem, & gratiam. S. Bonav. ser. de Exalt. S. Crucis.

Sicut circulus est signum tabernæ, sic Crux signum confederæ gratiæ - Nulli cœlestis janua clauditur, si vexillum Crucis ab eo feratur. S. Bonav. ib.

Quomodo non sumus in umbra, qui Crucis ejus protegi-mur velamento. S. Ambr. ser. 3. in pl. 118.

Non incongruè Crux Christi significat principatum: nam per ipsam, & diabolus vincitur; & totus Mundus ad Chri-

sti notitiam, & gratiam; revocatur. Sancti. Aug. ser. 71. de temp.

Muscipula diaboli, Crux Domini. S. Aug. ser. 174. de temp. Queritur, quid sit Crucis significatio? & quare Dominus in patibulo pati elegerit? ad quod triplicitate ratio redditur. 1. ut Christus pro reatu Mundi redemptionem daretur; & antiquus hostis velut hmo Crucis caperetur. Sancti. Aug. ferm. 181. de temp.

Magna res est, signum Christi, & Crux Christi. Et ideo de isto tam pretioso signaculo res magna, & pretiosa signari debet. Quid enim prodest, si de annulo aureo sigillum facias; & purpura paleas intus recondas? Quid prodest, si ficias; & ore gestamus; & intus in animam gnum Christi in fronte, & ore gestamus; & intus in anima crimina, & peccata recondimus? S. August. ferm. 215. de temp.

Petrus patitur Crucem, Paulus sentit pugionem. Piscatorem suspendit hamus Crucis; persecutorem mucro inuit per-secutoris. Id. ser. 28. SS.

Passio certè Domini nostræ beatitudinis Caput est, atque origo, qua vivimus, & per quam sumus. Sed veluti coronam, sic læto animo Christi Crucem circumferamus. Omnia enim, quæ ad salutem nostram conducunt, per ipsam consum-mantur, &c. Vide superius.

*Prætiò ampsi estis*. Cor. 6. Non sitis servi hominum. Pretium hic Crucem appellavit: quam non simpliciter digito in corpore, sed magna profectio fide in mentefacere oportet. Nam si hoc modo eam impresteris, nullus sceleratorum dæmonum, cum hostem, videat, quo lethale vulnus suscipit, congregi tecum audebit. S. Chrysol. hom. 55. in Matth.

TITULUS XXVIIII.

CUPIDITAS TEMPORALIU.

*Avillas*. Per Dan ideo Anti - Christus signatur: quia non de libertate gratia orietur, sed potius de Ancilla, cupiditate scilicet, & ambitione. Sancti. Thom. cap. 49. in Gen.

*Corvus*. Gen. 8. Significat homines in immunditia cupiditatis dererimus. S. Iherosol. c. 7. in Gen.

*Exilium Patrie*. Patria hominis est recta ratio - A civitate rationis nemo exulat, nisi per affectionem temporalium. S. Thom. in prof. 5. l. 1. de Conf. Phil.

*Flumina* in mare currunt, & cupidi labuntur in seculum. S. Aug. in pl. 23.

*Gibbus*. Gibbosis (Sacerdos) est, quem terrenæ cupiditatis pondus deprimit. S. Iherosol. c. 13. in Levit.

*Hæria* amorem hujus seculi significat, idest, cupiditatem. S. August. Ser. 83. Quæll. q. 64.

*Ignis*. Ille, qui sæpe nunc in ignem, nunc in aquam cadebat, Mundum significat: ignis autem inflammantem cupiditatem; aqua carnis voluptatem demonstrat. S. Iherosol. allegor. Sæpe cadit in ignem cupiditatum, & aquam luxuriæ. S. Tho. Ser. 2. Dom. 2. Quadrag.

*Inferiora terræ* quæ sunt; terrenæ cupiditates. S. Aug. in pl. 62.

*Navis* Tharsis vocatur totum mare Mundi: per naves, quæ ad negotiandum vadunt, signatur cupiditas. Et sicut naves fluctuant in mari, ita divites fluctuant in rebus Mundi. Sed quando convertitur homo ad poenitentiam, tunc naves, id est, cupiditates hujus Mundi conteruntur. S. Thom. in pl. 47.

*Perambulatio maris*. Quidam mali: & horum sunt tria genera. Joan. 1. Omne, quod est in Mundo, aut est concupiscentia oculorum, aut concupiscentia carnis, aut superbia vitæ. Et primo ponit luxuriosos, & hi sunt pecora campi (qui dixerunt: non sit pratum, quod non transeat luxuria.) Secundo superbos, per volucres Matth. 14. Aves cali comedunt il-lud. Tertio cupidos, qui perambulans semitas maris. S. Tho. in pl. 8.

*Tempestas*. Unicuique sua cupiditates tempestas est. S. Hieron. apud S. Thom. in Cat. sup. 14. Matth.

*Vaccæ pingues*. Illi (terreni) designantur per vaccas pingues. Amos 4. S. Thom. in pl. 21.

TITULUS XXIX.

CURASÆCULI.

*Aræna*. Sicut vincula, & catenæ, aquilæ; ita & Monacho cura seculi. S. Eph. de vita Relig.

*Mare*, juxta quod venit JESUS Matth. 15. turbida hujus seculi volumina significat. Glossa apud S. Thom. in Cat. hic. Cùm videris avarum hominem ab aliquo Petro correctum, qui ablutit de ore ejus verbum pecuniarum; dices, quem ascendisse de mari, idest, de fluctibus sollicitudinem avaritiæ. Orig. apud S. Thom. in Cat. sup. 17. Matth.

*Miles DEI est*, qui se à negotiis secularibus tollit. Amos in pl. 138.

*Mola asinaria*. Mystice in mola asinaria secularis vitæ circuius, & labor exprimitur; & per profundum maris extrema damnatio designatur. S. Greg. I. past. cur. p. 1. c. 2. apud S. Thom. sup. 9. Marci. Quid per mare, nisi seculum? qui, per mola asinariam, nisi actio terrena significatur? quæ cum colla mentis per desideria sultra stringit, hanc in laboris circuitum mittit. S. Greg. I. 6. mor. c. 17. apud S. Thom. sup. 18. Matth.

*Peram*. Allegoricè per peram onera seculi; per panem, deliciae temporales; per æs in zona, occulta sapientia designatur: quia, quisquis officium Doctoris accipit, neque oneri-

bus secularium negotiorum deprimi &c. debet. V. Beda apud S. Thom. in Cat. sup. 6. Marci. *Spina*, curæ sunt. V. Beda apud S. Thom. in Cat. sup. 4. Marci.

*Tunica*. Quod tunica seculi curas significet, Dominus ostendit, dicens in Evang. Matth. 24. Et qui in rebo est, non descendat tollere tunicam suam. S. Thom. c. 5. in Cant.

*Vincula*. Sicut vincula, & catenæ, &c. vide superius. Super illo verbo: *solve vincula*, nota: quod sunt vincula, à quibus solvit DEUS. 1. Mundanæ sollicitudinis. Job 38. *Quis dimisit onagram* etc. S. Thom. in 52. II.

D.

TITULUS I. DAMNATIO.

*Abissus*. Diabolus est Rex, de quo Apoc. 9. - Est Angelus abyssi. Ratione tenebrositatis, ratione infinitatis, ratione profunditatis ponarum, dicitur Infernus abyssi. S. Thom. in 9. Apoc.

*Calix DEI est vindicta*; quo potat peccantes, sive ad correctionem in presenti, sive ad damnationem in Inferno. Glossa apud S. Thom. in 14. Apoc.

*Franum*. Nota super illo verbo, *ponam franum* quia est franum æternæ damnationis: pl. 31. in *cano*, & *frano*, etc. S. Thom. in 37. II.

*Sanguis*. Damnatio sanguis vocatur; quia sanguis est signum mortis. S. Thom. in 16. Apoc.

*Ventus*. Omnes Passores tuos palcet ventus - future damnationis. Jerem. 17. *Sicut ventus urens*. etc. S. Thom. in 22. Jerem.

TITULUS II.

DESIDERIU.

*Equus* significat desiderium; calcaria significant bona exempla. S. Bernardus Opusc. de fil. prod.

*Fames animæ*, desiderium est. S. Bernard. Opusc. de Charit.

*Fumus* significat sanctum desiderium igne Divini amoris profusum. - virgula fumi sancta Ecclesia, &c. S. Thom. in 3. Cant.

*Gemma*. Aquila ponit gemmam in nido; sic prædicator spem, & desiderium gloriæ in animo; ut eam intendat, non ad vanum. S. Thom. in 8. Apoc.

*Hyacinthus* lapis est ærii coloris. Quid ergo in hyacinthis manibus, nisi spes, & desiderium cœlestis accipitur. S. Tho. c. 1. in Cant.

*Sitis*, designat desiderium cum anxietate. S. Thom. in pl. 41.

*Thesaurus*, in agro absconditus Matth. 13. est cœlestis desiderium: ager vero, in quo thesaurus absconditur, est disciplina studii cœlestis. S. Gregor. hom. 12. in Evang.

*Thuribulum*. Sunt quasi thuribula, & vasa ignis Spiritus S. Inferius clausa, per contemptum carnis; superius aperta per desiderium supernorum. S. Thom. in 8. Apoc.

TITULUS III.

DETRACTOR.

*Arbitror*. Sicut novacula acuta scissit dolum. Pl. 51. Quia sicut novacula radit pilos; ita mali dolum acunt contra justos. Sed hæc verè faciunt sicut novacula; quæ Pilos superfluos radit: quia non nisi superflua, idest, temporalia, possunt peccatores Sanctis auferre - spiritualia verò numquam. Et sicut inexpertis barbitonibus incidunt carnem; ita mali faciunt, qui suis machinationibus carnem iustorum, idest, famam iniqua lingua fludent incidere. S. Thom. in pl. 5.

*Ciconia diaboli*. Sed ehu! quidam non columbæ DEI, sed ciconiæ sunt diaboli: qui sæpius ranam, quam ranam in ore habent: ut detractores. S. Bonav. ferm. 4. Dom. 3. Quadrag.

*Coma*. Decem comas, sunt decem modis detractionis. S. Thom. in c. 7. Dan.

*Fur* est diabolus, animam furando, detractor famam rapiendo, &c. S. Thom. ferm. in festo S. Gregorii. Fures sunt laudes, & detractiones hominum. S. Thom. ser. 2. in Septuag.

*Gladius diaboli*. Et hic gladius (lingua detractentium) est gladius diaboli; qui per linguam hominis multos interficit.

Hic autem gladius est in vagina quamdiu est in corde: sed quando profertur, est quasi jam evaginatus. Sancti. Thom. in pl. 36.

*Laqueus*, est detractorum perversitas. S. Thom. ser. 1. Dom. 20. Pent.

TITULUS IV.

DEVOTIO.

*Ades* in Scriptura quandoque in bono, quandoque in malo accipitur. In bono secundum quid signat devotionem mentis, psal. 62. *Sicut adipis replentur anima mea*. S. Thom. in pl. 16.

*Corona*. Heu cecidit corona capitis nostri, devotio monastica tepuit. Joan. Trithemius in libro Penthico de ruina Ord. Bened. c. 3.

*Flos*. Comparatur poenitens arbori: cujus radix est contritio, frondes confessio, & flores Sancta devotio, &c. S. Bonaven. diet. Sal. tit. 2. c. 1.

*Humor*. Notandum, quod peccatum dicitur frigus; quia extinguit calorem dilectionis. Matth. 24. *Quoniam abundavit iniquitas*, etc. quia congelat humorem devotionis. Eccl. 43. *Erigitur veritas Aquilo*. S. Thom. in 6. Jer. in fine.

*Lingua animæ*. Os cordis, idest, animæ, est meditatio, sive cogitatio. Sancti. Greg. mor. 15. apud S. Bonav. de 2. itin. iter. dist. 4. Verbi Divini lingua, est favor dignationis; animæ verò lingua, est fervor devotionis. Sancti. Bernardus ibid.

*Oleum*. Impinguatus oleo, idest, læticia, *Caput meum*. Sancti. Thom. in psal. 22. Oleum significat spirituales gratias: ibid. *Caput meum*, idest, mentem meam. *6. Tu aurem, cum Jesus, unge caput meum*, idest, mentem oleo, idest spirituali devotioe. Ib.

*Pinguedo*. In homine spiritualiter est duplex pinguedo: una mala, per delectationes corporales. Deut. 32. *Impinguatus est, dereliquit DEUM factorem suum*. Et pinguedo devotionis. *Sicut adipis, & pinguedine*, etc. Hæc pinguedine dum caret anima, fit sicut aranea. S. Thom. in pl. 38.

*Penna*. Volatus Sanctorum perficitur quatuor pennis, scilicet dilectionis, cognitionis, devotionis, orationis. S. Bonav. ferm. de SS. Sim. & Juda.

*Thur*. In thure sancta devotio orationum accipitur. S. Tho. c. 4. in Cant.

TITULUS V.

DEUS.

*Ala*. Dux sunt alæ DEI, vetus, & novum Testamentum: quia nos regunt, subvehunt, & protegunt. S. Bonav. in pl. 35.

*Amasius*. Quæ (natura humana) dilecta non fuit, dilecta est vocata, & DEUM nacta est Amasium. Planudes or. de Sepult. Dom. tomo 15. Bibl. PP. Parisiis 1654.

*Arifex*. Summus artifex DEUS lapides suos, idest, electos, consuevit quadrare quadratura virtutum, scilicet prudentia, temperantia, fortitudine, & iustitia. S. Bonavent. diet. sal. tit. 10. cap. 5.

*Baculus*. Ecce Dominus tuus est tibi quasi baculus. Securus homo incumbit; quia ille non succumbit. S. Aug. Enarr. 2. in psal. 32.

*Caput*. Per aurum intelligitur Divinitas: ideo dicitur. Cant. 5. *Caput illius aurum optimum*. Greg. Caput Christi est DEUS; & Ca-

8e Caput aureum; quod aurum est Divinitas. S. Thom. in se-  
sto S. Bernardi Sermone unico.

*Aquila* dicitur diabolus; propter tentationis impetum. S.  
Thom. in 1. Jer. quia impedit bonum.

diruit montes, scilicet personas spirituales. S. Vinc. Ferr. ser. 5. de S. Dominico. Venator. Diabolus est verus venator. S. Chrysof. ser. de poenit. Diabolus dicitur venator propter tria: quia insidias ponit, laqueos ponit, sanguinem fundit. S. Bonav. in pl. 90. Qui sunt venatores isti? pl. 90. 3. Venatores utique pessimi Venatores, qui cornu non sonant, ut non audiantur; sed fugiunt in oculis immaculatum. Ipsi sunt vestros tenebrarum harum. S. Bernard. ser. 13. in pl. 90. Quasi venator robustissimus, & aiceps callidissimus. Sancti. Casarius Arelat. Ep. hom. 35.

Ventus. Perversitas haereticorum, tentatio demonum, crudelitas tyrannorum, malignitas falsorum Christianorum, sunt quatuor venti, quibus navicula Petri agitur. Sancti. Thom. ser. 2. D. 2. Epiph. De istis, quatuor ventis. Dan. 7. & ecce in mari magno pugnant venti quatuor. Idem ibid. Mylicae puppis est Ecclesiae initium. - Cervical Corpus Domini est; cui Divinitas sicut Caput inclinata est. Ventus autem, & mare, & perfectores, & demones sunt. S. Hieronym. apud S. Thom. in Cat. sup. 4. Marci.

Volucres cali dicuntur recte demones: five quia coelestis, spiritualis sunt naturae; five quia in aere habitant. Vener. Beda apud S. Thom. sup. 4. Marci. Per volucres intelliguntur demones, per semen iustitia. Luc. 8. S. Thom. ser. 4. Sexag.

Vulpecula. Vineae iustitia est; in qua sunt tot palmites, quot virtutes; sicut dicit Chrysofostomus. Vulpeculas ab ipsa, id est, demones cohibendo. S. Thom. serm. 2. in Septuag.

Uxor diaboli. Lucifer duxit uxorem inobedientiam. S. Vinc. Ferr. ser. 2. D. 2. Pent.

TITULUS VII.

DISCIPLINA.

Ger. Theaurus in agro absconditus. Matth. 13. est coeleste desiderium: Ager vero, in quo theaurus coelestis absconditur, est disciplina studii coelestis. S. Greg. hom. 12. in Evang.

Ancilla DEI est disciplina sancta. Arnobius in pl. 118. Ariadna filium. Lumen, ac ductor, & quasi Ariadnam filium, est disciplina. P. Franciscus Sacchini in Protrept. p. 2. cap. 2.

Virga. Numerus quadragenarius tempus illud significat, quo in hoc saeculo regis nos oportet ad Christo secundum disciplinam laboriosam; quam significat illa virga ferrea, de quo in psalmis legitur psal. 2. Reges vos in virga ferrea. Sancti. Aug. de Conf. Evang. l. 2. cap. 4. apud S. Thom. in Cat. sup. 1. Matth.

TITULUS VIII.

DISCRETIO.

Calamus, est discretio. Sicut calamus, nisi interiori incautum habeat, non scribit. Sic & discretio praedicatoris in illum, nisi repletur gratia, in affectu vacua manet, nec affectum habet. S. Thom. in 11. Apoc.

Clavis calis. Claves Regni caelorum ipsam discretionem nominat. Rabanus apud S. Thom. in Cat. sup. 16. Matth.

Digitus. Per manus ipsa operatio designatur; per digitos vero discretio operationis. S. Thom. c. 5. in Cant. In manibus opera, in digitis discretio signatur. Sancti. Isidor in 1. Cant.

Fraxum. Equus significat desiderium, calcaria significant bona exempla. - Fraxum significat discretionem. S. Bernard. Opusc. de filio prod.

Monile. Collum, per quod vox emittitur, veritas est; monilia, quae ornant pectus, & stringunt, discretio est. S. Bonav. lum. Eccl. serm. 2.

Nasus. In naso Verbi DEI dispensatores causa discretionis designantur. S. Isidorus in Cant. Parvo naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. S. Ild. c. 13. in Levit. Dum naribus discretionis spirat, charitas sibi suavititer olet. S. Gregor. in 1. Cant.

Palpebra. Per palpebras significatur discretio: quia sicut palpebrae oculi dirigitur visum, sic discretio moderatur humanam sapientiam. S. Thom. in pl. 10.

TITULUS IX.

DIVINITAS.

Alare potest dici altitudo Divinitatis Christi. S. Thom. in 14. Apoc.

Caput. Aperi mibi - quia Caput meum plenum est rore, & Cant. 5. Caput meum, id est, Divinitas, plenum est rore, id est, misericordia ad dimitendum peccata. Et cincinni mei, id est, humanitas gustis nostrum, id est, effusione sudoris lacrymarum, & sanguinis Passionum, ad redimendam ha-

redicatem tuam. Sancti. Thom. de Sacr. Alt. cap. 1. Caput agni cum pedibus, & intestinis vorabit. Et. 12. Caput agni significat Deitatem; intestina animam, pedes carnem. S. Thom. de Sacr. Alt. c. 4.

Mel. Comedi favum cum melle meo. Cant. 5. id est, dulcedinem Carnis Christi cum dulcedine Divinitatis. S. Thom. de Sacr. Alt. cap. 24. S. Aug. super illud Cant. 4. Mel, & lac, sub lingua tua, dicit, quod significat per butyrum Humanitatem, quia de terra nutrimento venit: per mel Divinitatem; quia de rore caeli colligitur. S. Thom. in 7. If.

Solinum. Per solium. If. 6. significatur eminentia Divinae naturae. Sancti. Dionys. cap. 13. cael. hier. apud Sancti. Thom. in 6. If.

Vestitus deauratus. Assit Regina, psal. 44. quae Regina, & Mater Regis est; quae astat super omnes choros, in vestitu deaurato, id est, deaurata Divinitate. Non quod sit DEUS, sed quia est Mater DEI. S. Thom. in pl. 44.

TITULUS X.

DIVITIÆ, DIVES.

Aurum quid? Aurum materia laborum, periculosa res possidentium; aurum enervatio virtutum; aurum malus Dominus; proditor servus. Ergo qui aurum non habet, quid habet? fidem habet. Sancti. Aug. serm. 26. de Verb. Ap.

Canis Divitiæ sunt sicut canis sequens duos dominos; in capite autem virum proprium. Sic divitiæ in capite mortis sequuntur Mundum, & dimitunt avarum. S. Bonavent. diet. sal. tit. 1. c. 6.

Cedrus. Vides cedrum in monte altissimo superexaltatum; sed vento frangitur, sed igni exurit, sed vetustate dissolvitur. Ita & dives in saeculo. S. Ambr. in pl. 36.

Fundamenta montium sunt illa, in quibus fundantur; scilicet divitiæ. S. Thom. in pl. 17.

Laqueum. Advertis, laqueum diaboli esse divitiæ? ac ne mediocrem hunc laqueum putes; hic laqueus Judam Apollolum strangulavit. Eica diaboli luxuries est; eica laquei avaritia est. S. Ambr. ser. 14. in pl. 118. Laqueus diaboli sunt divitiæ saeculi huius. Si Bernard. ser. 3. in pl. 90.

Miseria divitum. Quid invides diviti? quoniam se majorum curam reum constituit; quoniam graviori servitio, & infantiis mœroribus, quasi quidam canis suis aligatus est peccatis. Vis fieri dives ut pauper? licet tibi, si velis; & est, qui prohibeat, nemo. Contemne Mundi pecunias; nihil esse cogita, sicut, & sunt. Elimina pecuniarum amorem, & dives factus es. Hic est dives, qui dives esse non vult; qui pauper esse renuit, hic est, qui pauper est, S. Chrysof. hom. 65. ad Pop.

Nexa. Neque sapienterem, neque temperatorem, neque elementerem, neque prudenterem, divitiæ facere possunt; non benignum, non placidum reddunt. Si paratum aliquid, atque reconditum invenerint, subruunt: & e contrario vitia pro virtutibus introducunt: ipsarum enim pedissequa est luxuria, ira, & c. S. Chrysof. hom. quod nemo leditur, nisi a se ipso. Hoc divitiis fervare) est feras quadam bestias in animis suis homines sponte collocare, & in pectoribus suis nutrire. Id. ib.

Onus. Quid homini pecunia tua, nisi quoddam viaticum est? Multa oneri, moderata usui: viatores sumus vite huius. S. Ambr. l. 7. ep. 44. Hic relinquit ligna vestra divites; ut onus vestrum futuro incendio incrementum non addat. Si erogaveris, minuetur onus; &, quod remanserit, onus non erit. Id. l. 9. ep. 72.

Pinguedo dicuntur divitiæ. 1. Propere sterilitatem. Matth. 13. fallacia divitiarum. 2. Propere ventositatem. 1. Tim. ult. Divitiis huius saeculi percipere, non sublimis sapore. 3. Propere inutilitatem. S. Thom. in 17. If.

Puteus. Putei, cum exhauriantur, uberius flunt; cum autem deseruntur, putrescunt. Eodem modo stabiles divitiæ inutiles sunt. S. Basilii apud S. Joan. Damascen. lib. 2. Paral. c. 16.

Sevit (amor pecuniae) ut barbarus, ferociter crudeliter ut tyrannus, debacchatur impudenter ut meretrix; nusquam miseretur, nusquam pudet. Adest ubique dura, ubique terribilis, dira, mala, mens, impia, truculenta. Et cum lupis, & uris, ac leonibus, ferocius saevit; suavis tamen hominibus videtur, & amabilis. Et quid dico suavis? melle ipso, ac favis dulcior. S. Chrysof. hom. quod nemo leditur, &c.

Schola malitiae opes. Hæc igitur sciens, superflua quoque amputa, facque pauperibus supplementum, &c. S. Joan. Chrysof. l. 3. Adv. vitup. vite Monal.

Somnium est iste theaurus; evigilans; & recessit. Quoniam qui poterit crapulam istius Mundi edormire, & sobrietatem virtutis assumere; ista contemnit. Sancti. Ambr. in pl. 48.

Sordes Mammae sunt divitiæ. Sancti. Asterius hom. Adv. avarit. Sterquilinum. Quia sicut sterquilinum congregatum corrumpitur, & fetet, dispersum vero facit agros fructificare. Ita &c. S. Bonav. diet. sal. tit. c. 6.

TITULUS XI.

DOCTOR.

Ra. Doctores sunt ara Divinitatis. S. August. l. 20. contra Faustum c. 3.

Balsamum. Sal est balsamum naturæ; & Doctores sunt terræ balsamum. S. Aug. ibid.

Barba. Sicut barba ornamentum est viri; ita SS. Apostoli, & Doctores, ornamentum praestant Corpori Christi. S. Isidor. c. 11. in 13. Levit.

Bovis. Uberibus Ecclesiae Doctores propter lacrimarum eruditionis, comparantur; & bottis aequantur propter magisteria dulcissima aeternitatis. S. Ild. in Cant.

Campores. Doctores sunt quidam Campores. Luc. 19. Vocatis servis dicitur dedit eis mna, & ait: negotiamini, dum venio. Ergo sunt negotiatores. S. Thom. in pl. 36.

Caravalla. Per abyssum intelligitur sacra doctrina; & sic est sensus: abyssus, id est, vetus Testamentum vocat aliud, id est, novum Testamentum in voce cataclasmum tuarum, id est, praedicatorum, & Doctorem. S. Thom. in pl. 41.

Carus, & Mercenarius. Comparatur studiosus animus cervo celerrimo, & mercenario pauperimo; currentibus ad ardoris refrigerium, & operis complementum. S. Bonav. Exp. 2. 118. c. 9. v. 3. & 4.

Columna argentea sunt Doctores eloquii luce fulgentes. S. Isidor. in Cant.

Collum. Per collum Ecclesiae Doctores sancti figurantur. S. Thom. in 1. Cant. Collum S. Ecclesiae Doctores ejus sunt. Hoc autem collum turri David comparatur quia semper quasi in bello sunt, pro defensione Ecclesiae pugnant. S. Thom. cap. 4. in Cant. In collo Doctores designantur. S. Isidor. in 1. Cant.

Columba. Possumus & per oculos sponsi Doctores accipere; qui columbis comparantur propter innocentiam, & simplicitatem. - Hæc columba super rivum aquarum residens: quia sancti Doctores fluenti Divinarum Scripturarum immorantur. S. Thom. in Cant. 5.

Cophini. Per duodecim Cophinos, duodecim Apostoli, & sequentes Doctores figurantur. S. Greg. mor. l. 16. c. 16. apud S. Thom. in Cat. sup. 6. Marci.

Custodes Civitatis, id est, Ecclesiae, sancti sunt Doctores; qui sedula praedicatione circumvent corda singulorum. S. Ild. in Cant.

Digitus significant Prophetas, & Doctores. Sancti. Thom. in proem. sup. Th.

Isaac pueri. Pateri Isaac (qui istos puteos foderunt. Gen. 22.) sunt Mattheus, Marcus, Lucas, Joannes, Petrus, Jacobus, Judas, & Apollolus Paulus, &c. Apostoli, vel Doctores: qui omnes novi Testamenti puteum foderunt, & invenerunt aquam vivam. S. Ild. in Gen. 22.

Labis spiritus sunt Doctores. S. Ild. in Cant. 1.

Luminaria firmamento inha, sunt Doctores S. Scripturae. S. Ild. c. 2. in Gen. Doctores sunt luminaria Mundi. S. Cyrill. l. 3. cap. 21.

Ligna Libani significant Doctores. S. Thom. in Cant. 2. Laquearia, & ligna, Doctores sunt in Ecclesia. S. Isidor. in Cant.

Mamma. In nomine Mammam sancti Doctores designantur, propter consolationem infirmorum, & parvulorum sustentationem; quae lacte exprimitur. Sancti. Isidor. in Cant.

Negotiatores. Luc. 19. Vocatis servis dedit eis decem mna, & ait: negotiamini, dum venio. Ergo sunt negotiatores Doctores ergo dat populo doctrinam, quasi pecuniam. Psal. 11. Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum. S. Thom. in pl. 36.

Oculus est quisque Doctor, tamquam vitæ demonstrans iter. Sancti. Isidor. cap. 35. in Exodi. Sancti Doctores oculi sunt. Sancti. Thom. in Cant. 4. Oculi Ecclesiae Doctores propter nutrimentum; & recte piscine comparantur; quia fluentia doctrinae suis auditoribus praebere non cessant. S. Isidor. in Cant. Oculi ejus quasi columbae. Cant. 5. Oculi ejus Doctores sunt; per quos Ecclesia videt, quae recta sunt. Bene columbae, propter simplicitatem; & rivulus aquarum, propter charitativam Divina comparantur. Idem ibid. In unitate sancta Doctorem, id est, oculorum; & unitate sancta plebis, id est, capillorum. Id. ibid.

Paranympus. Nullus alius est Sponsus (animarum) nisi solus Christus: omnes namque Doctores paranympsi existunt. Theophyl. apud S. Thom. sup. 3. Joan. Phiala Doctores, pleni vitalibus aquis. S. Ild. c. 58. in Exp.

R. P. Andrea Spanner.

Porta Ecclesia Doctores sunt sancti. Sancti. Isidor. in Cant. Porta filiae Sion dicuntur Doctores Ecclesiae. Sancti. Thom. in pl. 9.

Reclinatorem aureum ordo Doctorem. Sancti. Thom. cap. 3. in Cant.

Reges. In Ecclesia Ordo Doctorem, quasi Rex praesidet; quem Fidelium suorum turba circumstat. S. Greg. mor. l. 20. cap. 4.

Vista. Bene vita coccinea dicitur: vita enim capillos confringit: Sic sancti Doctores sua praedicatione ad unitatem multitudinem Fidelium neunt. S. Thom. c. 4. in Cant.

TITULUS XII.

DOCTRINA.

Qua profunda, id est, doctrina spiritualis. Sancti. Thom. serm. 2. Dom. 25. Pent. De hoc Libano, id est, Ecclesia, flunt aqz doctrinarum coelestium. Sancti. Thom. in Cant. 4.

Fermentum Ecclesia, est doctrina spiritualis. Sancti. Ambr. l. 7. in Luc.

Gladius Christi, est doctrina ejus; & est super femur: quia organo Humanitatis verbo doctrinae usus est. Sancti. Thom. in pl. 44.

Gloria Christianorum DEI praecipuum est: gloria Christianorum, Apollolorum, & Prophetarum doctrina. S. Ephrem de Amore paup.

Infirmis magna, est ignorantia. Sancti. Vinc. Ferr. serm. 3. Dom. 2. Quadrag.

Manna Angelicum, est coelestis doctrina. S. Isidor. cap. 8. in Num.

Margarita. Una pretiosissima margarita. Matth. 13. est scientia Salvatoris. Sancti. Hieronym. apud Sancti. Thom. in Cat. sup. 13. Matth.

Mel. Per lac designatur simplex doctrina; mel vero coelestem, & spirituale doctrinam significat; quae & perfectis, & instructis convenit. S. Thom. in Cant. 4.

Nutrix virtutum. Per impatientiam vitium ipsa virtutum nutritrix doctrina dissipatur. Scriptum namque est Prov. 19. Delirio viri per patientiam nocetur. Tandem ergo quisque minus ostenditur doctus, quando concyentier minus patiens. S. Greg. hom. 35. in Evang.

Panis. Mittamus lignum in panem ejus, id est, per lignum Crucis scandalum doctrinae ejus suscitemus; quæ panis est. S. Thom. in 11. ser. Satiare panibus, scilicet sacra doctrina. S. Thom. l. 2. Dom. 7. Pent.

Regnum DEI signat doctrinam Evangelii. V. Beda apud S. Thom. in Cat. sup. 10. Marci.

Ros. Judic. 6. Ille ros significat doctrinam JESU Christi bona ratione. Quia sicut terra de se non potest fructificare sine rore coelesti: sic nec Mundus potest fructificare in bonis operibus; nisi descenderit ros, id est, doctrina Christi. S. Vincent. Ferr. serm. f. 2. Dom. Pass.

Vestimenta Apollolorum, vel doctrina virtutum, vel discretio Scripturarum, vel Ecclesiasticorum dogmatum varietates intelligi possunt. Ven. Beda apud Sancti. Thom. in Cat. sup. 11. Marci.

Ubera sunt dulcedo Evangelice doctrinae. Sancti. Isidor. in Cant. 1.

Vinum. Cella vinaria Ecclesia est; in qua est vinum Evangelice doctrinae. S. Thom. in Cant. 2.

TITULUS XIII.

DOCTRINA CATECHETICA.

Pex doctrinae. Doctrina Catechetica est Sapientia Crucis, Sapientia Spiritus, vitalis ligni medulla, mamilla Regum, lac Apostolicum, coeli mel, nutrimentum aeternitatis, vena vitae, lumen virtutum, doctrinarum esset, flos Theologiae; denique Apollolorum, ut ita dicam, Grammatica. P. Sacchini in Protreptico ad Magist. p. 1. c. 4.

Ibi dabo vobis ubera mea, id est, parvulorum meorum paedagogos. S. Ild. in Cant.

Sacerdotes in Ecclesia similitudinem videntur habere vaccarum; Christiani vero populi typum praesentem vitulorum. Quando enim per prata vaccæ discurrunt, ut de pasuis herbis cibum lactis praeparant vitulis suis: ita Sacerdotes Divinis Sacramentum Scripturarum mentibus lactis filii suis cibos valent ministrare. S. Casarius Arelat. hom. 26. Lac vobis patrum dedit, ait Apost. 1. Cor. 3. Lac sunt facilia documenta. S. Thom. in l. 1. Conf. Phil. prof. 2.

TITULUS XIV. DOLUS.

Actum. Illi autem spongiam Or. Marci 15. Inuit hic Ju- deorum similitudinem. Spongiam (super cannam infor- mem, aridam, ignibus aptam) impleat aceto, idest, mali- tia, & dolo. Sancti Hieronym. apud Sancti Thom. in Cat. sup. 15. Marci.

Arcus. Contoret arcus, idest, dolosas machinationes - & con- fringat arma, idest, manifestas infidias. S. Thom. in Pl. 45.

Fovea. Ambulamus in medio trium fovearum. 1. Est mulier, vel luxuria. 2. Gula, & ebrietas. 3. Hypocritarum, & male- ficorum dolositas. Matth. 8. Vulpes foveas habent. S. Thom. f. 1. Dom. 20. Pent. Lacum ergo, idest, foveam profundam aperuit, idest, excogitavit fraudem; fovit profundè cogitando. Sancti Thom. in Pl. 7.

Telam ordiremini, idest, pravam machinationem. S. Thom. in If. 30.

TITULUS XV.

S. DOMINICUS ET ILLIUS ORDO.

S. Dominicus publici, & communis boni procuratorem ap- pellare possumus; ut olim Sancti Basilium appellavit D. Gregorius Nazianz. or. 20. Lobbetius de S. Dominico q. m. r. c. 2. §. 6.

S. Dominicus fundavit militantem Ordinem, dictum Militia Jesu. Id. ibid.

Ante suam mortem audivit Dominicus coelestem vocem di- centem: Euge serve bone, & fidelis: quia in paucis fuisse fidelis, intra in gaudium Domini tui. Id. ib.

P. Rho, cum infirmi S. Dominici in Missa meminisset, vi- dit extra se raptus D. Dominicum corona aurea, redimitum, & ad instar Solis omni parte radiantem Bononia excedere. Id. ibid.

S. Dominicus est Sol, & quidem novus. Id. ib.

Beate Dominice, Pater noster, es illa aurea porta coelestis Hierosolymæ ex purissimo, & obryzo auro: per quam ingre- diantur in illam civitatem Dei, quicumque tua coelestis, & Di- vina doctrina verè voluit uti. Tu es pretiosa gemma: quæ si probetur, semper exhibet præstantiam insignium virtutum ce- lestium. Tu sanctissime Patriarcha, & Pater noster, es arx, atque castellum munitionis: & defensis, ac protegis omnes, qui tua volunt uti operari. S. Thom. in quodam sermone habito in festo S. Dominici coram Venerabili Virgine Maria de Eco- bar in raptu constituta. Vide hujus Virginis vitæ l. 4. c. 20. §. 3. Ibidem vocat Ven. hæc Virgo S. Thom. gloriosum Do- ctorem. Ibid. S. Thomas vocat Ordinem Prædicatorum, fan- ctam Religionem.

Sol illuminans per omnia respexit; & gloria Domini plenum est opus eius. Eccl. 42. Possunt hæc verba de B. Dominico ex- poni. Et notantur ibi duo. 1. B. Dominicus laudatur. Sol il- luminans. 2. Eius opus, idest, Ordo Prædicatorum, gloria Domini. Circa primum sciendum, quod B. Dominicus dicitur Sol propter septem, ait S. Thomas scilicet in festo S. Dominici. Vide ibid.

Est Patriarcha longè sanctissimus: ejus Ordo religiosissimus. Lobbetius in proem. de S. Dom.

Deus Pater dixit Sancti Catharine Senensi dial. c. 158. Do- minicus dilectus filius meus ordinavit naviculam suam orde- ne perfectio ut videretur arderet solum ad honorem meum, atque ad salutem animarum, cum lumine scientiæ. Ipse fuit lumen, quod ego Mundo gratiosè concessi, mediante gloria Maria; quæ dedit illi habitum, & ego officium (prædi- candi) Ultima hæc sunt ex cap. 34. prout citat Lobbet. ut supra.

Prædicatores, seu Dominicani, sunt coelestis verbi præco- nes, Evangelicæ tubæ, organa Divini spiritus. Labia Christi, cæli lingue, factores æternitatis, & fideles mysteriorum Dei dispensatores. Lobbet. ibid.

S. Thomas est Apis Marina. Matinus mons est in Calabria Api- bus abundans. Lobbet. ib.

Ordo Prædicatorum est sanctissimus. Id. ibid.

S. David 2. Reg. 24. dicitur lucerna Israel. Heli summus Sa- cerdos lucerna Dei. 1. Reg. 3. S. Athanasium secundam à Chris- to lucernam vocavit. S. Greg. Naz. or. 3. Doctores omnes, vi- rigie Apostolici dicti sunt lucerna Dei, lucerna militantis Ec- clesiæ. Sic, & S. Dominicus lucerna Dei, lucerna Ecclesiæ est. Lobbet. quæ unica morali de S. Dominico Lucernarum harum lux, Theophylactus est ratio, & discretio. D. Maximus, oratio, & contemplatio. Aliis Fides; nonnullis fulgor boni operis. Ar- dor autem charitas. Lobb. ib. D. Dominicus est Princeps lucer- na in Ecclesiæ candelabro. Id. ib.

Abbas Joachim, qui septuaginta annis ante mortuus, quam vivere incepit S. Dominicus, præsignavit SS. Dominicum, & Franciscum, illo Zachariæ vaticinio cap. 11. & assumpsi mihi duas virgines; unam vocavi decorem, alteram funiculum, & pa- vi gremem. Virgam decorem dixit significare Dominicum; vir- gam funiculum, qui signum est vitæ austeræ, Franciscum. Lobb. ibid.

Sol in Ecclesiâ Dei est B. Dominicus. Id. ib. §. 2.

Fuit Ecclesiæ Dominicus, quod gregi canis. Ibid.

Quasi Stella marina in medio nebula, sic ille effulsit in tem- plo DEI. Eccl. 50. Id. ib. §. 3.

S. Dominicus, postquam fuit baptizatus, apparuit in fronte illius lucidissima stella. Id. ib.

S. Dominicus est fides Sanctitatis. Id. ib.

Dominicus, & Franciscus, seu gemina Ecclesiæ sidera. Id. ibidem.

Dominici labia visa sunt ad instar alvearis, & favi mellis. Id. ib. §. 4.

S. Dominicus reformator Ecclesiæ. Sic eum adhuc parvu- lum Sacerdos in Missa, cum ad populum se vertisset dictu- rus Dominus vobiscum, loco Dominus vobiscum appellavit. Et quamvis corrigere vellet sapius, nunquam tamen aliud pronuntiare potuit, quam ecce reformatur Ecclesiæ. Aderat enim tum Dominicus; ideo dicebat Sacerdos: ecce. Idem ib. §. 5.

Illius prædicatione plus quam centum hæreticorum millia conversa sunt. Id. ibid. §. 7.

Eam omnium primum voluit esse Fidei Inquisitorem Inno- centius III. quod & confirmavit Honorius III. Id. ibid.

Prædicatores sunt filii Beatæ Virginis. Sic ipsa eos vocavit. Idem 2. parte quest. unice de S. Dom. §. 1. Et iterum dixit B. Rho, uno exprimis D. Dominici Socio audiente, ad cælo comites conversa: hi sunt filii mei dilecti, in quibus mihi complacui. Id. ib.

Sancti Dominicus dux numerosi exercitus sacri. Idem ibi- dem §. 2.

S. Dominicus detrectavit quinque Episcopos sibi oblatos. Id. ibid. §. 3.

S. Dominicus fuit commune miserorum perjugium. Idem ibidem.

Quæ (Dominicana Familia) cum paucis Aristotelem sem- per coluit, & honestavit. P. Sfortia Pallavicinus lit. Vindicat. Soc. JESU c. 25.

TITULUS XVI.

DONA S. SPIRITUS.

Collyrium. Collyrio, idest, dono Spiritus Sancti, innu- ce oculis suos. S. Thom. in 3. Apoc.

Columba. Rectè per columbas Spiritus S. charismata desi- gnantur. V. Beda apud S. Thom. in Cat. sup. 11. Marci.

Crateres. Sunt ibi (in tabernaculo) crateres, idest, distri- butiones donorum. S. Isid. c. 48. in Exod.

Dies septem. Commemoratur S. Nicolaus à virtutum splende- re, ibi, in diebus septem placuit DEO. Habuit enim septem dies. Diem Solis, idest, donum Sapientiæ; diem Lunæ, idest, donum Intellectus; Martis, idest, Fortitudinis; Mercurii, id est, Concilii, diem Jovis, idest, Scientiæ; diem Venenis, id est, pietatis; diem Saturni, idest, donum timoris Dei. S. Thom. serm. de S. Nicolao.

Fontes. Apparuerunt Fontes aquarum, idest, dona Spiritus S. S. Thom. in Pl. 17.

Lampades septem, sunt septem dona Spiritus Sancti. S. Thom. in 4. Apoc.

Lava. Per lavam dona Dei intelliguntur. S. Thom. in 1. Cant.

Lyceni septem. Quam (MARIAM) Zacharias Vir divinissi- mus aureum (montem) seu candelabrum septem videlicet lychenis ornatum; nonnum septem illis donis Spiritus S. clarum, & lu- cidum. S. Andr. Jerosol. or. de sal. Angel.

Lucerna septem. Salve lucerna septuapla, & toties ardens do- norum septem. S. Gennanus Patriarcha.

Margaritæ. Spiritus S. dona sunt tamquam margaritæ. Sa- chinus p. 2. c. 2.

Omnis Sponsa, sunt dona Spiritus Sancti. S. Thom. c. 5. in Cant. Cernit (Zacharias) lapidem, qui est Christus septem habentem oculos, idest, septiformis spiritus plenitudinem. S. Isid. lib. proem.

Oleum. Utom quidam descendebat Or. Lucæ 10. Quatuor mi- sericordie Christi hic ponuntur, quas fecit peccatoribus - ter- tia: gratie Spiritus S. infusio. Ibi infundit oleum. Glossa. Cha- risma Spiritus S. Thom. f. 2. D. 13. Pent.

Panes septem. Marci 8. dona sunt Spiritus S. fragmenta pa- num mystici intellectus hujus septimanæ. S. Hieron. apud S. Thom. in Cat. sup. 8. Marci.

Sponsa. Exodi 21. dona Spiritus Sancti. S. Thom. serm. 2. de S. Bened.

Unguenta, dona sunt Spiritus S. Thom. in 1. Cant.

E. TITULUS I. EBRIETAS.

Causa multorum malorum. Si dicis: utinam non effere vi- num! Ordine paulatim progrediens optabis, nè sit ferrum, propter homicidium; nè sit nox, propter fu- res; nè sit lux, propter calumniatores; nè sit foemi- na, propter adulterium; & sic omnia opera tibi destruentur. Nè igitur ita dicas, nec vinum, sed ebrietatem crimineris. S. Chrysof. hom. 58. in Matth.

Diaboli ebrietas. Ebrietas alia spiritualis; alia corporalis, ex nimia vini repletionem, Spiritualis alia Dei, alia diaboli. Dei dicitur, Apotheosis, idest, Deificatio: ebrietas diaboli dicitur metamorphosis, idest, Mutatio à bono in malum; vel à malo in pejus. S. Bonav. in Pl. 22.

Filii gula. Filii gula sunt duæ, scilicet gastrimargia, & ebrietas. De quibus dicitur Prov. 30. Sanguis uisus, sunt duæ Filia dicentes, affer, affer - Sanguisuga dicitur venter. S. Bonav. diet. fal. 1. c. 8.

Mater fornicationis. Fugiamus ebrietatem, Matrem fornicationis. S. Eph. de jejuniis.

Obsessio famis. Sicut hostibus subeuntibus urbem, & obsi- dione facta, & perturbatione, nullus efficitur tumultus. Ita fit & in anima, subrepente vino cum deliciis. Cui vix, cui tu- multus, qui molestia contentiones, & ruiuores. S. Chrysof. hom. 54. ad pop.

Pascuis diaboli. Oves diaboli pascuntur in prato ejus, scilicet in tabernacula; & tandem in Inferno. S. Vinc. Ferr. l. 2. f. 3. D. 1. Quad.

Tempestas. Quemadmodum, cum febris cessaverit, debili- tas tamen inde facta diutius manet. Sic ebrietas transacta, ef- fectus tamen ejus tam corpus, quam animam, diutius exagit- at. Jaect enim plerumque, tamquam tempestate conquassata navis, miserum hominis corpus: anima vero detestabili cupi- ditate compulsa vehementer incenditur. S. Chrysof. hom. 58. in Matth.

Sic omnium pene bonorum jacturam ebrii patiuntur. Modestia enim, pudorem, prudentiam, humilitatem; omnia hæc, quasi naufragio passi, iniquitatis pelago submer- ferunt. Verum tamen pejora sunt, quæ sequuntur ebrietatem, quam tempestatem. Quæ nè accidant, fugiamus, oro, hanc tempestatem. S. Chrysof. hom. 58. in Matth.

Tenebra. Densa caligo quædam est temulentia, ac tenebræ. S. Antiochen. hom. 5. de ebriet.

Variæ ebrietates. Mali inebriantur vino. 1. materialis liquo- ris. Ephel. 5. 18. 2. Carnalis delectationis. Prov. 8. Neque, in- ebrietur Or. 3. Spiritualis erroris. If. 19. Et errare fecerunt Or. 4. Divinae punitionis. Thr. 3. Inebriatus mealyphus. Item inebriantur sancti, 1. lacrymis compunctionis. If. 16. Inebriabo te lacryma mea. 2. Calice compassionis. Pl. 22. Calix meus inebrians quam prælaras. 3. Incentivo amoris. Cant. 5. Comedit, & inebriamini. 4. Torrente felicitatis delectationis. Pl. 34. Inebriabuntur Or. S. Thom. in 28. If.

TITULUS II.

ECCLESIA.

Acies. Terribilis, ut astrorum acies ordinata; terribilis aereis potestibus in unitate charitatis, fidei, & spei. S. Iu- dor. in Cant. Terribilis est Ecclesia maligenis spiritibus; estque ordinata sicut castrorum acies: cum videlicet unusquisque Fi- delis ordinem suum, & vocationem rectè custodit. Tres enim sunt Ecclesiæ Ordines, Doctorem, Continentium, & Conju- gatorum. Quæ species in tribus viris demonstrata est, Noe, Daniel, & Job. Noe enim inter fluctus arcam rexit, sanctos Doctores significat. Daniel cælestis, & castus continentis. Job, qui Uxorem habuit, & filios, Ordinem Conjugatorum exprimit. S. Thom. in 6. Cant.

Aer. Comparatur Ecclesia aeri: quia illuminatur per Sa- cram Scripturam, sicut aer per Solem. Item, sicut aer est in- ter caelum, & terram; sic Ecclesia mente est in cælo, corpo- re in terra. S. Thom. in 9. Apoc.

Ethiopsia. Uxor Moysis figuravit Ecclesiam ex Gentibus Chris- to conjunctam. S. Isid. in Alleg. Ethiopsia Uxor Moysis præ- figuravit Ecclesiam ex Gentibus. S. Iren. Adv. hæz. l. 4. c. 37.

Ayas. Benedictus, qui Catholicam ipsius elegit Ecclesiam, veluti sanctam Agnam - & immaculatam columbam. S. Ephr. in suo Testam.

Altare est, & dicitur præsepe, & sepulchrum Domini. S. Germanus rerum Eccl. Contempl. Ecclesia est Altare, cujus super unitatem debet offerri Deo omne bonum nostrum. S. Thom. in 8. Apoc.

R. P. Andrea Spanner.

Angulus Ecclesiæ est, (Marci 12.) quasi conjungens Judæos, & Gentiles. Theophyl. apud S. Thom. in Cat. sup. 12. Marci.

Anna. 1. Reg. 1. Estimavit eam Heli temulentam. Apolloli ebrii crediti sunt. Ag. 2. - Spiritualiter autem Ecclesia ebria creditur - Ebriat, non potatione ebrius, sed repletionem Spi- ritus S. - Coram Heli Anna stetit: quia sancta Ecclesia Synagoga nullis persecutionibus cornuit. S. Greg. l. 1. c. 1. in 1. Reg.

Aquila. Pulli Aquilæ, sunt subditii Ecclesiæ. S. Thom. de Sacr. c. 32.

Arbor est Ecclesiæ; cujus rami sunt dona, quæ numerat Ar- postolus 1. Cor. 12. Alii datus est sermo sapientia Or. S. Chrysof. lerm. 98.

Arca. Arca ista (Noe) Ecclesiam demonstrat. S. Iudor. c. 9. in Gen. Per hanc Arcam (foderis) quam de lignis impu- trabilibus Moyses fabricavit, Ecclesia Christi significatur. S. Isid. c. 40. in Ex. In Arca (foed.) circumlata significatur Ecclesia; in tubis autem ereis prædicatores fortes accipiuntur. S. Iudor. c. 7. in Josue. S. Paulus potest significari per columbam, de qua dicitur. Gen. 8. Quæ venit ad Aram portans raman olivæ in ore suo. Quia enim olivæ misericordiam significat, congruè per raman olivæ accipitur nomen Jesu Christi; quod etiam miseri- cordiam significat, secundum illud. Matth. 21. vocabis nomen ejus Or. Hunc autem raman virentibus foliis deulit ad arcam, scilicet Ecclesiam; quando ejus virtutem, & significationem, multipliciter expressit, Christi gratiam, & misericordiam offen- dendo. S. Thom. in prol. sup. ep. ad Rom. Omnes circa arcam (foed.) incedunt, quia ab Ecclesiæ sinu non discedunt. S. Iud. c. 10. in Jos. Ecclesia figuratur per arcam, sicut dicitur. 1. Pe- tri 3. quia sicut in arca cæteris pereuntibus paucæ anime salva- tæ sunt; ita in Ecclesia pauci, idest, soli electi salvabuntur. S. Thom. in prol. exposit. ep. ad Thesi. 1. Dominus ergo inhabita- vit diluivium hujus seculi in Sanctis suis, tamquam in arca, ita in Ecclesia custoditis. S. Aug. in Pl. 28. Qua (Arca Noe) nemo nostrum dubitat figuratam Ecclesiam (in qua) non inclu- derentur omnia genera animalium; nisi in illa unitate compa- ginis omnes gentes significarentur. Nisi forte putamus, si om- nia talia diluivio deleterentur, desaturam fuisse Deo potestatem jubendi, ut terra ea produceret, sicut primo verbo ejus produ- xerat. S. Aug. Conc. 3. in Pl. 103. S. Ecclesia est Arca Noe. Ibi lata extitit, ubi bestias habuit; ibi angusta, ubi homines ser- vavit: quia Ecclesia in carnalibus ampla est, in spiritualibus angusta. S. Greg. hom. 38. in Evang. Quare jam non peccave- rit, qui arcam Ecclesiam majorem esse concesserit. Arca qui- dem. Gen. 7. animalia suscepit, & animalia conservavit, Ec- clesia verò animalia suscipiens, eadem transformavit, ut puta: accipiter illuc introivit, & accipiter extitit, &c. S. Chrysof. hom. 3. de penit.

Arcturus. Quid namque Arcturi nomine, qui in cæli axe constitutus septem Stellarum radiis fulget, nisi Ecclesia uni- versalis exprimitur? quæ in Joannis Apocalypsi per septem Ec- clesiæ, septemque candelabra figuratur. S. Greg. l. moral. 9. c. 6. Arcturus universalem Ecclesiam, quæ non occidit, signat. S. Greg. mor. l. 25. c. 28.

Arca est Ecclesia hujus temporis. - & paleam habet, & fru- mentum. S. Aug. præf. in 2. exposit. Pl. 25. Ecclesia, quæ toto orbe diffusa est, palea est, & frumentum: palea volat; fru- mentum manet: ideo in populo gravius laudabo te. Psalm. 34. S. Aug. Conc. 2. Pl. 34.

Atrium. Adorate dominum in atrio Sancto eius; idest, in Ec- clesia ista, quæ est sicut atrium cælestis. S. Thom. in Pl. 28.

Aurora. Progreditur Ecclesia quasi aurora: quia jam ortus veri luminis Mundo post tenebras longè ignorantiæ monstra- tur. S. Isid. in Cant. Filius quidem fabri Deus vocatur: sed fabri, qui fabricatus est auroram, & Solem, idest, Ecclesiam primam, & sequentem; in quarum figura mulier, & puella sanatur. Marci 5. S. Hieron. apud S. Thom. in Cat. sup. 6. Marci. Ecclesia est aurora. S. Greg. in 6. Cant. Aurora Ecclesia dicitur, quæ ad lucem permuat. S. Greg. mor. l. 4. c. 15.

Beniamin. Per Beniamin terretris figurabatur Jerusalem. S. Isid. c. 228. in Gen.

Bethlehem. Jovenietis infancem. Lucæ 2. Hæc inventio fuit in Bethlehem, quæ interpretatur domus panis. Ecclesia enim est domus, in qua invenitur panis Angelorum in præsepio al- taris. S. Bonav. l. 6. de Eccl.

Candelabrum. Septem candelabra septem Ecclesiæ Afæ de- signant. Sancti Thom. in 1. Apoc. Sancta igitur Ecclesia can- delabrum ductile, & aureum est. Raynaudus in Candel. S. Iud. l. c. 4.